



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Secunda secundae Summa Theologiae

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

2 vtrum licite possit aliquis maledicer irrationali creaturæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72772](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72772)

quies post passionē
 ondit, q̄ nō est perfis-
 ses animus erga ma-
 lū: & q̄ nō p̄ modū
 habuit, sed passionis
 transeūtis peccauit.
 ¶ Nota secundo ex se-
 cundo art. q̄ maledi-
 cere creaturæ irratio-
 nali, in quātū ordinē
 habet ad rōnalē, pin-
 de est ac maledicere
 ipsi rōnali creaturæ
 ad q̄ ordinatū: sicut ma-
 ledicere creaturis in-
 quātū sunt Dei, pin-
 de est ac maledicere
 Deo, vt in litera dī,
 qm̄ est blaſphemie
 peccatū. Cū igit̄ ma-
 le licit q̄s diē natū-
 tatis suæ & hm̄ōi, si
 nō solo ore, sed cor-
 de maledicit, maledi-
 cit t̄pi, in quātū cōi-
 net rōnalis creaturæ
 natiuitatem: ac p̄ hoc
 maledicere natiuitati
 suæ, qd̄ est optare ma-
 lū natiuitati suæ, qd̄
 est optare malū sibi-
 ipsi, q̄ natiuitate igref-
 sus est unā. Et qm̄ nō
 optat hoc uel illud
 modicū malum, sed
 absolute maledicere na-
 tiuitatē, q̄ capax ē ma-
 gni mali rōnalis crea-
 turæ, ut patet: conse-
 quens est, q̄ peccet
 mortaliter. Nec ob-
 stat, q̄ natiuitas sua
 q̄ p̄terijt, nō est am-
 plicapax mali: suffi-
 ciat. n. ad peccatū p̄-
 nerſitas inferionis, et
 si impossibile fit qd̄
 intendit, ut patet in ma-
 ledictione Dei, cui ni-
 hil mali p̄t accide-
 re. Nec agiteris ſeru-
 pulo, si diē festo nat̄
 fit, q̄ diē suæ natū-
 tatis maledixit, qm̄
 nisi festi maledictio
 intēta fuit, nō aggra-
 uat peccatū. Est nāq;
 hoc p̄ accūs respectū
 actus illius maledic-
 tionis: sicut et̄ esse
 creaturæ Dei diē illū
 p̄ accūs se habet ad
 actū illius maledictio-
 nis, q̄ nō nisi in quātū
 natiuitatē suā conti-
 nit, fert̄ in illū, &c.
 Secus aut̄ est, si ex ſo-
 la ira maledicit, nec
 sibi, nec alteri optans
 malū, sed dicacitati
 fatiscaciens, & simili-
 ter si maledixit nati-
 uitatē suā, in quātū
 causā malorū p̄negē,
 optās illā non fuisse
 nō simpliciter, sed nō
 fuisse cām tātū mali.
 Hoc nāq; mō, nec et̄
 ueniale peccatum est,
 iuxta illud Iob, P̄re-
 at dies, i qua nat̄ sū.
 Et de similibus idem
 intelligas, qd̄ de diē
 natiuitatis dictū est,

2. 2. q. 10. 27.
 3.

qui omnia suo uerbo fecit, secū-
 dum illud Psal. 32. Dixit, & facta
 sunt. Consequenter autem com-
 petit hominibus, qui uerbo suo
 alios mouent per imperium ad
 aliquid faciendum: & ad hoc in-
 stituta sunt uerba imperatiui mo-
 di. Tertio modo, ipsum dicere
 se habet ad id, quod dicitur, qua-
 si expressio quædam affectus de-
 siderantis id, quod uerbo exprimitur
 : & ad hoc instituta sunt
 uerba optatiui modi. Prætermis-
 so ergo primo mō maledictio-
 nis, qui est per simplicem enun-
 tiationem mali, considerandum
 est de aliis duobus. Vbi scire o-
 portet, q̄ facere aliquid, & uelle
 illud, se consequuntur in bonita-
 te, & malitia, ut ex supradictis* pa-
 tet. Vnde in istis duobus modis,
 quibus malum dicitur per mo-
 dum imperantis, uel per modū
 optantis, eadem ratione est aliqd
 licitum, & illicitum. Si enim ali-
 quis imperet uel optet malum al-
 terius, in quantum est malum,
 quasi ipsum malum intendens, H
 sic maledicere utroque mō crit
 illicitum: & hoc est maledicere,
 per se loquendo. Si autem aliq̄s
 imperet, uel optet malum alteri
 subratione boni, sic est licitum,
 nec erit maledictio, per se loquē-
 do, sed per accidens: quia princi-
 palis intentio dicentis nō fertur
 ad malum, sed ad bonum. Con-
 tingit autem malum aliquid di-
 ci imperando uel optando sub
 ratione duplicis boni. Quando-
 que quidem sub ratione iusti, &
 sic iudex licite maledicit illū, cui
 præcipit iustam pœnam inferri.
 Et sic etiā Ecclesia maledicit ana-
 thematizando: sicut & prophete
 in scripturis quandoque impre-
 cantur mala peccatoribus, quasi
 conformantes uoluntatem suā
 diuinæ iustitiæ, licet hæ impreca-
 tiones possint etiam per modū
 prenuntiationis intelligi. Quan-
 doq; uero dicitur aliquid malū
 sub ratione utilitatis, puta, cū ali-
 quis optat aliquem peccatorē pa-
 ti aliquam ægritudinem, aut ali-
 quod impedimentum, uel ut ip-
 sic melior efficiatur, uel ut saltem
 ab aliorum nocimento cesset.

ARTICULVS II.
 Vtrum liceat creaturam irrationalem
 maledicere.

AD SECUNDVM sic proce-
 ditur. Videtur, quod non
 liceat creaturam irrationalem ma-
 ledicere. Maledictio enim præ-
 cipue uidetur esse licita, in quantum
 respicit pœnam: sed creatura irra-
 tionalis non est susceptiua, nec
 culpæ, nec pœnæ: ergo eam ma-
 ledicere non licet.
 ¶ 2. Preterea. In creatura irrationali
 nihil inuenit nisi natura, quam
 Deus fecit: hanc autem maledicere
 non licet, etiam in diabolo, ut
 dictum* est: ergo creaturam irrationalem
 modo licet maledicere.
 ¶ 3. Præterea. Creatura irrationalis autem
 sicut corpora, aut est transiens, sicut tempus
 dicit Gregorius dicit in 4. Moral. Oportet
 dicere non existenti, ut iolum uero, ut
 ergo nullo modo licet maledicere crea-
 tionali.

SED CONTRA est, quod Dominus
 siculneq; ut habetur Matth. 23. Et Iob
 suo, ut habetur Iob. 3.

RESPONDEO. Dicendum, quod
 actio, uel maledictio proprie ad illum
 cui potest aliquid bene, uel male conuenire
 cet rationali creaturæ. Creaturis autem
 libus bonum uel malum dicitur conuenire
 dine ad creaturam rationalem, proprie
 dem modo, per modum subueniendi,
 scilicet ex creaturis irrationalibus
 manā necessitati: & hoc modo Dominus
 dicit, Gen. 3. Maledicta terra in operum
 per eius sterilitatem homo puniretur.
 intelligitur quod habetur Deut. 21. Bona
 reatua, & infra: Maledicti horreum
 Dauid maledixit motes Gelboe, &c.
 expositionē. Alio mō, creatura irrationalem
 ad racionalem per modū significationis

maledixit siculneam in significationem Iudae. Ter-
tio modo, ordinatur creatura irrationalis ad ratio-
nalem per modum continentis, scilicet temporis,
vel loci: & sic maledixit Iob diei natiuitatis sue pro-
pter culpam originalem, quam nascendo contra-
xit, & propter sequentes penalitates. Et propter hoc
etiam potest intelligi David maledixisse montibus
Gelboe, ut legitur 2. Regum 1. scilicet propter caedem
populi, quae in eis contigerat. Maledicere autem
motus irrationalibus, in quantum sunt creaturae
Dei, est peccatum blasphemiae: maledicere autem
secundum se consideratis est orisum, & vanum,
& per consequens illicitum. Et per hoc patet resp-
sio ad obiecta.

ARTICVLVS. III.

Utrum maledicere sit peccatum mortale.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur, quod
maledicere non sit peccatum mortale. Au-
gustinus enim in homilia de igne purgatorio, nu-
merat maledictionem inter leuia peccata: haec autem
sunt venialia: ergo maledictio non est peccatum
mortale, sed ueniale.

¶ Praeterea: quae ex leui motu mentis procedunt, non
videntur vniuersaliter esse peccata mortalia: sed
interdum maledictio ex leui motu procedit, ergo
maledictio non est peccatum mortale.

¶ Praeterea: Grauius est malefacere, quam maledicere:
sed malefacere non semper est peccatum mortale:
ergo multo minus maledicere.

SED CONTRA. Nihil excludit a regno Dei, nisi
peccatum mortale: sed maledictio excludit a regno
Dei, secundum illud 1. ad Corinth. 6. Neque male-
dici, neque rapaces regnum Dei possidebunt, ergo
maledictio est peccatum mortale.

RESPOND. Dicendum, quod maledictio, de qua
nunc loquimur, est per quam pronuntiat malum
contra aliquem vel imperando, vel operando. Vel-
le autem, vel imperio mouere ad malum alterius, se-
cundum se repugnat charitati, qua diligimus proxi-
mum, uolentes bonum ipsius: & ita secundum suum
genus est peccatum mortale, & tanto grauius, quanto
personam, cui maledicimus, magis amare, & reuer-
teri tenemur. Vnde dicitur Leui. 20. Qui maledixe-
rit patri suo, & matri morte moriarur. Contingit ta-
men uerbum maledictionis prolatum, esse peccatum
ueniale, vel propter paruitatem mali, quod quis
alteri maledicendo, imprecatur: vel etiam propter
affectum eius, qui profert maledictionis uerba, dum
ex leui motu, uel ex ludo, aut ex surreptione aliqua,
talia uerba profert, quia peccata uerborum maxime
ex affectu pensantur, ut supra dictum est. * Et per
hoc patet responsio ad obiecta.

ARTICVLVS IIII.

Utrum maledicere sit grauius peccatum, quam detractio.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur, quod maledi-
ctio sit grauius peccatum, quam detractio. Maledi-
ctio enim uidetur esse blasphemia quaedam, ut
patet per id, quod dicitur in Canonica Iudae, quod
cum Michael archangelus cum diabolo disputans,
altercatur de Moyse corpore, non est ausus iudi-
cium inferre blasphemiae: & accipitur ibi blasphe-
mia pro maledictione, secundum glossam. * blasphe-
mia autem est grauius peccatum, quam detractio,

A ergo maledictio est grauior detractio.

¶ 2. Praeterea. Homicidium est detractio grauius, ut su-
pra dictum est: sed maledictio est par peccato ho-
mucidij, dicit enim Chrysostomus super Matth. Cum
dixeris, Maledic ei, & domum euertere, & omnia pe-
rire fac, nihil ab homicida differet: ergo maledictio
est grauior, quam detractio.

¶ 3. Praeterea. Causa praeminet signo: sed ille qui maledi-
cit, causat malum suo imperio: ille autem qui de-
trahit, solum significat malum iam existens: grauius
ergo peccat maledicus, quam detractor.

SED CONTRA est, quod detractio non potest
bene fieri: maledictio autem fit bene, & male, ut ex
dictis patet: ergo grauior est detractio, quam ma-
ledictio.

RESPONDEO. Dicendum, quod sicut in primo ha-
bitum est, duplex est malum, scilicet culpe, & pena.
Malum autem culpe peius est, ut ibidem ostensum
est: unde dicere malum culpe peius est, quam d. cere
malum pena: idem modo sit idem modus dicendi,
Ad contumeliosum ergo, & surronem, & detracto-
rem, & etiam derisorem pertinet dicere malum culpe:
sed ad maledicentem, prout nunc loquimur, perti-
net dicere malum pena, non autem malum culpe,
nisi forte sub ratione pena. Non tamen est idem mo-
dus dicendi: nam ad praedicta quatuor uita pertinet
dicere malum culpe solum enunciando. Per ma-
ledictionem uero dicitur malum pena uel causando
per modum imperij, uel optando. Ipsi autem enun-
tiatio culpe peccatum est, in quantum aliquod nocu-
mentum ex hoc proximo inferitur. Grauius autem est
nocumetum inferre, quam nocumetum desidera-
re: ceteris paribus: unde detractio secundum com-
munem rationem grauius peccatum est, quam ma-
ledictio simplex desiderium exprimens. Maledictio ue-
ro quae fit per modum imperij, cum habeat rationem
causae, potest esse detractio grauior, si maius no-
cumetum inferat, quam sit denigratio fame: uel leuior,
si minus. Et haec quidem accipienda sunt secundum
ea, quae per se pertinent ad rationem horum uitiosum.
Posiunt autem, & alia per accidens considerari, quae
praedicta uita uel augent, uel minuunt.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod maledi-
ctio creaturae, in quantum creatura est, redundat in
Deum, & sic per accidens habet rationem blasphe-
mie: non autem si maledicatur creaturae propter
culpam. Et eadem ratio est de detractio.

AD SECUNDVM dicendum, quod sicut dictum
est, * maledictio uno modo includit desiderium
mali. Vnde si ille qui maledicit, uelit malum occi-
sionis alterius, desiderio non differt ab homicida:
differt tamen, in quantum actus exterior aliquid
adiicit uoluntati.

AD TERTIVM dicendum, quod ratio illa procedit
de maledictione, secundum quod importat
imperium.

E QVAESTIO LXXVII. *¶ Super questio. 77.*

De fraudulentia, quae committitur in emptioibus, & uenditionibus, in quatuor articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de peccatis, quae sunt circa uoluntarias commutationes. Et primo de fraudulentia, quae committitur in emptioibus, & uenditionibus. Secundo, de usura, quae fit in mutuis. Circa

IN principio intro-
ductionis q. 77. u-
bi redditur pro cau-
sa, quare de solis his
duobus uitiis com-
mutationum uolun-
tariarum, hoc est, de
fraudulentia, & usi-
ra tractandum est,
scilicet quia circa a-
lias uoluntarias com-
mutationes non in-
ueniuntur aliqua spe-
cies

* q. 77. art. 1.
Homil. 20. in
Ma. c. inter
medium &
finem. 1.

Art. 8. huius-
quest.
l. par. q. 48.
ar. 5
i. p. q. 48. ar.
6.

Ar. preced.